

LUCAM

illum ut nostra fiat hereditas ⁊ eiectum illum extra uineam occiderunt ⁊ quid ergo faciet illis dominus uineae. ueniet & perdet colonos istos & dabit uineam aliis ⁊ quo audito. dixerunt illi ⁊ absit ⁊ ille autem aspiciens eos. ait ⁊ quid est ergo hoc quod scriptum est ⁊ lapidem quem reprobauerunt aedificantes. hic factus est in caput anguli ⁊ omnis qui ceciderit supra illum lapidem. conquassabitur ⁊ supra quem autem ceciderit. comminuet illum ⁊

L cc xl ii
T I cc xx
R cxxxviii
Io lxxxviii

Et quaerebant principes sacerdotum & scribae mittere in illum manus illa hora. & timuerunt populum ⁊ cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam ⁊

XVIII

L cc xl iii
T II cc xxiii
R cxxx

Et obseruantes. miserunt insidiatores qui se iustos simularent ut caperent eum in sermone ⁊ traderent illum principatui & potestati praesidis ⁊ & interrogauerunt illum dicentes ⁊ magister scimus quia recte dicis & doces. & non accipis personam. sed in ueritate uiam dei doces ⁊ licet nobis dare tributum caesari. an non ⁊ Considerans autem dolum illorum. dixit ad eos ⁊ quid me temptatis ⁊ ostendite mihi denarium ⁊ cuius habet imaginem & inscriptionem ⁊ Respondentes dixerunt ⁊ caesaris ⁊ & ait illis ⁊ Reddite ergo quae caesaris sunt caesari. & quae dei sunt deo ⁊ & non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe ⁊ & mirati in responsis eius. tacuerunt ⁊

+ Accesserunt autem quidam sadducaeorum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
ULB
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ulb_hs1957/0271